

5

DE EVANGELICO
SACERDOTIO THEOLOGICAE

ALIQUOT ASSERTIONES,

AD REVEREN-

DISSIMVM ATQVE ILLVSTRIS-

simum Principem ac Dominum, D. IVLIVM

VVirtzburgensem Episcopum, & Orientalis Franciæ

Ducem, à M. BALTHASARE Hertingio, suæ Reue-

rendiss. & Illustriss. Celsitudinis in nouo S. KILIANI

Seminario, Alumno, pro prima sacre Theolo-

giæ Laurea obtinenda, in celebri & Ca-

tholica VVirtzburgensi Aca-

demia defensæ.



I. TIMOTH. V.

*Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni ha-
beantur: maxime qui laborant in Verbo & doctrina.*

WIRTZBURGI,

Excudebat Henricus Aqueus. ANNO 1589.



S. Ignatius in epist. ad Smyrnenſes.

Sacerdotium ſumma eſt omnium honorum, qui in hominibus conſiſtunt: quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum totius creaturæ, & ſolū naturæ principem Sacerdotem Dei.

S. Ioannes Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio.

Si non poteſt quis in regnum cælorum ingredi, niſi per aquam & ſpiritus regeneratus fuerit; & qui non manducat carnem Domini, & ſanguinem eius non bibit, æterna vita priuatur; omnia autem hæc haud aliter, quàm per ſacrosanctas illas manus perficiuntur, manus, inquam, Sacerdotum; qui fiet, ut citius illarum opem, aut gehennæ ignem euitare quis poſſit, aut repositæ in cælo coronæ præmium aſſequi? Hi enim ſunt, hi ſunt, inquam, quibus tū concreditæ ſunt ſpirituales parturigenes, tū etiam baptiſmatis partus à Deo eſt commiſſus: per hos ipſos Chriſtum induimus, vnà cum Dei filio ſepelimur, beatæ carnis illius membra efficimur: quo nomine Sacerdotes meritò non modò plus vereri debemus, quàm vel Principes, vel Reges, verum etiam maiori honore, quàm parentes proprios honeſtare.

S. Hieronymus in cap. 44. Ezechielis.

Grandis dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina eorum, ſi peccant. Non eſt tanti gaudiij excelsa tenuiſſe, quanto maioris de ſublimioribus corruiſſe. Neque enim ſolū pro noſtris debitis reddemus rationem, ſed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſoliciti.



Theologicæ Assertionēs
DE EVANGELICO
SACERDOTIO IN QVA
 TVOR CAPITA DISTINCTAE.

CAPVT I.

Euangelicum Sacerdotium esse Sacramentum.

I.



Vangelicum, seu nouæ legis Sacerdotium, integrum adhuc apud Catholicos permanet, & vsq; ad mundi finem permanebit; quamuis Flagellantes post suū in orbem aduentum (incidit is ^a iuxta quosdam in annum Domini 1273. ^b alij tardiores fuisse volunt) dicerent illud vnā cum Christi Euangelio cessare. Lutherani verò & Calvinistæ Sacerdotium illud, quod in externo & visibili sacrificio versatur, non agnoscunt, in hoc imperitiores Flagellantibus, qui rectè nec à sacrificio legem, nec à lege sacrificium seiunxerunt. Sic enim sacrificium & sacerdotium Dei ordinatione coniuncta sunt, vt vtrumq; in omni lege extiterit, sicut rectè Concilium Tridentinum dixit.

^a Prateolus li. 6.
 de hæres. cap. 8.
^b Trithemi. in
 chroni. Hirsau-
 gienfi.

Sess. 23. cap. 2.

II.

Est autem Ordinatio, ac proinde quoque Sacerdotium, verè Sacramentum ab eodē Christo Dño institutum. Quod etsi negent Lutherani cum ^a Luthero, qui maiorem sibi in hac parte fidem vult tribui, quàm ^b Dionysio Areopagitæ; imò quam vniuerso orbi, qui ^c Augustini tempore idem, quod nos de ordinatione credidit: concedit tamen alter eorum Coryphæus ^d Melanthon; nec iniuria: Est enim hīc cæremonia externa, eaque non inanis & superflua, sed gratiæ promissionem habens adiunctam. Cæremonia est manuum impositio non semel in scripturis expressa: promissionis gratiæ meminit bis Apostolus; qui nisi prius didicisset à Deo manuum impositione dari gratiam, scire non potuisset Timotheo per illud signum gratiam fuisse collatam.

Matth. 26.

Ioan. 20.

^a Lib. de capt.

Bab. ca. de ord.

^b Li. de cœlesti

Hier. cap. 5.

^c Lib. 2. contra

ep. Parm. c. 13. &

li. 1. de bapt. ca. 1.

^d In loc. cō. c. de

nu: Sacramēt. &

in Apol. Cōfess.

August. art. 13.

Act. 6. 13. & 14.

1. Timot. 4. & 5.

2. Timot. 1.

III.

Atq; hæc duo præcipuè requiruntur, vt aliquid Sacramentum esse & dici possit: quæ cum in Ordinatione inueniri Calvinus negare non posset, idè tantum illam Sacramentis cæteris non adiunxit, quod non esset omnibus fidelibus communis, sicut Baptismus & Eucharistia; quasi verò Sacramentorum numerus à Caluino petendus, & Sacramenta omnia Christianis omnibus communia esse deberent, quæ Christus non singulis fidelibus, sed Ecclesiæ reliquit. Sed quia idem Calvinus, dum probat duo solum esse Sacramenta, Augustinum testem producit; is autem expressè non semel scribat, ordinationem non minùs esse Sacramentum, quàm sit Baptismus; aut desinat Calvinus mentiri, aut nostris potius ex Augustino petitis testimonijs, quàm suo cerebro credat.

Lib. 4. insti. c. 19
§ 31.

Li & c. ijsdè § 3.
Lib. 2. contra li-
teras Petil. c. 104
& l. 2. contra ep.
Parm. cap. 13.
li. 1. de bap. ca. 1.

IIII.

Cum verò varij sint in Ecclesiâ ordines, alij, quos minores, alij, quos maiores vel sacros appellamus, inter omnes principem locum obtinet Sacerdotium, ad quod per illos velut per gradus ascendendum est. In Ecclesiâ namq; non subito sacerdotes à laicis ordinantur; non sunt magistri, qui nunquam fuerunt discipuli; non euehuntur ad sacerdotium, qui in nullo gradu sunt obsequii sacerdoti; sed certa temporis interualla sunt præscripta, quibus singuli ordines conferantur, ita vt non nisi prius probati ad sacerdotium admittendi sint.

Dist. 39. 61. & 77.

Concil. Triden.
Sess. 23. de Re-
for. c. 5. 6. 7. & 11.

V.

Hoc insignitos vel sacerdotes, vel presbyteros vocamus. Sacerdotes quidem, quia Deo consecrati; quia sacra facientes; quia Sacramenta & res diuinas tractantes. Presbyteros verò, non modò propter ætatis maturitatem, sed etiam propter morum grauitatem, doctrinam & prudentiam, quæ vel maximè in sacerdote spectantur; & propter honorem & dignitatem, ad quam euecti sunt. Apostolorum tamen tempore presbyteri, non sacerdotes dicebantur, quod nondum esset Hierosolymitanum templum euersum, & adhuc veteris legis sacerdotium superesset: quo sublato, sacerdotes ab Apostolorum discipulis dici cepti sunt, atq; deinceps ab Ecclesiæ scriptoribus nunc sacerdotes, nunc presbyteri vocati.

D. 21. Can. Cler-
icos.
Raban. lib. 2. de
insti. Cler. c. 6.
Hugo Victorin.
de sacr. p. 3. c. 11.
Catechis. Rom.
de Sacramento
Ordinis.

CAPVT II.

Qui ad Sacerdotium promouendi.

VI.



Vemadmodum in veteri lege non omnes Iudæi sacerdotes proprii nominis fuerunt, ad externa scilicet & templi ministeria deputati, sed solum, qui è Leuitica tribu ad eum honorem assumebantur; ita quoque iam in noua non omnes Christiani sacerdotes proprii nominis esse censendi sunt, sed hi tantum, qui per legitimam auctoritatem ad sacerdotale officium vocantur. Omnes interim, qui Christo nomen in Baptismo dederunt, sicut propter mysticum Chrisma Christiani dicti sunt; sic etiam spirituales sacerdotes, vel quod membra sint vnius sacerdotis, vt vult Augustinus: vel quod patrem habeant, qui Rex est & Sacerdos vt ait Didymus Alexandrinus; vel denique, vt Leo primus annotauit, quod spirituales hostias, (vt sunt orationes, Laudes, Gratiarum actiones) Deo offerant.

Exod. 28. & alibi sapte.

Li. 20 de Ciuit.

Dei cap. 10.

In cap. 2. prioris

ep. B. Petri.

Ser. 3. in anniuerf.

die assumpt. Iug

VII.

Vnde non est audiendus Lutherus, qui vt Christianos omnes pares faceret, omnes pronunciauit esse sacerdotes. Sed spirituale Sacerdotium Christianis omnibus commune (quod ideo rectè Laicum Sacerdotium ab Hieronymo dictum est) non facit omnes pares honore, dignitate, auctoritate: aut si pares facit, tollenda est omnis potestas à Deo constituta; tollendi & ipsi Reges, cum non minus Sacerdotes quàm Reges haberi debeant, & sint etiam omnes Christiani scriptura teste; *Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo*, inquit B. Ioannes. Etiam Iudæis omnibus dictum fuit, eos esse Reges & Sacerdotes; nec tamen omnes Aäronici & Leuitici Sacerdotes fuerunt; non omnes Reges, qui populum in officio continerent, qui leges præscriberent, qui bella gererent.

lib. de cap. Rel.

cap. cit.

In Dial. contra

Luciferianos.

Rom. 13.

Apoc. 1. & 5.

1. Pet. 2.

Deut. 19.

VIII.

Fœminis à Quintillianis (Peputianos, Artotyritas & Priscillia nos alij vocant) non Presbyterorum tantum, sed etiam Episcoporum officia exercenda committebantur; hos præter alios Wiclephistæ sequuti sunt, & Lutherus, qui contra clarissimam D. Pauli doctrinam ad mulieres docendi Euangelium munus voluit pertinere. Fœminas etiam sanctissimas, siue virgines illæ essent, siue reli-

Epiph. hæres. 49.

August. hæres. 27.

Thom. vualde.

To. 3. c. 58. & 59.

Vbi supra.

1. Cor. 14.

1. Tim. 2.

gloſæ anus, diu antè probatè, nunquam ad Sacerdotium Catholi-
ſcholæſt. 4. d. 24 ca Eccleſia promouit, ſed nequè promoueri poſſe rectiſſimè docet.

I X.

Qui virilis ſunt ſexus, non ex vna tantum tribu (ſicut olim in
veteri lege, Dei ordinatione, factum fuit) ſed ex quauis familia Chri-
ſtiana ad Sacerdotium aſſumi poſſunt, modò ſint idonei, hoc eſt,
ſeſs. 23. de Re- per examen eas conditiones habere inueniantur, quas ſacri Cano-
for. cap. 14. nes & Tridentina Synodus requirit, ſiue illæ ad vitæ morumq; pro-
bitatem, ſiue ad doctrinam, ſiue ad ætatem pertineant. Et licet ſine
his promoti veri Sacerdotes haberi debeant, peccant tamen & ipſi
grauiſſimè, qui cum nondum ad tantum officium obeundum ido-
nei ſint, honorem ſuſcipiunt; & Epiſcopi quoquè, qui ineptos ad-
mittunt: quippe qui contra Apoſtolicam doctrinam manus citò
imponunt, ac ita peccatis communicant alienis.

X.

Rectè igitur à ſuſcipiendo Sacerdotio repelluntur, primò in-
docti. Secundò illi, quorum vitia, ſi non omnibus, at multis mani-
ſeſta ſunt; Tertiò illi, qui vitia habent occulta, modò tamen illa
per ſolam ſacramentalem confeſſionem cognita non fuerint, nequè
pænitentia adhuc deleta, & huiusmodi ſint, vt dignum aliquem
reddant, qui ab ordinis antea ſuſcepti uſu, ſiue ad tempus, ſiue per-
petuò ſuſpendatur. Regulares interim, licet vel maximè idonei
cap. Ad aures. cod. tit. cenſerentur, admitti non debent abſquè ſui ſuperioris voluntate.

X I.

Etſi ſecundum ſacros canones nemo ſit ad Sacerdotium inui-
tus trahendus: (quia ſi vis illa fuerit abſoluta, nec ordinem recipere)
Honorat' D. 74. ret) habet tamen Eccleſia poteſtatem per beneficij vel dignitatis
ſubtractionem quosdam ad illos compellendi. Primò quidem eos,
Cap. cū in Can. De Elect. quibus eſt beneficium vel dignitas Sacerdotium requirens, quod
Cap. vt Abbat. tamen illi omni legitimo impedimento ceſſante intra præſcriptum
De ætat. & qual. tempus non ſuſcipiunt. Secundò eos, qui beneficium habent ab
Can. Siq. Clerici onere, quidem, Sacerdotij ſuſcipiendi liberum, ſed Eccleſiæ neces-
Can. Placuit. ſitate, vel etiam vtilitate ita poſtulante, illi Sacerdotes eſſe renuunt,
D. 74. nulla, cur id recuſent, iuſta idoneauiſſima cauſa allata.
Cap. Queris. codem tit.

X II.

Etiam coniugatum ad Sacerdotium admittimus, non quem-
uis

uis tamen, sed primò eum, qui consensum ab vxore impetrauit, Cap. Sanè 1. & 2
ipsa, si iunior sit ætate, religionem profitente; si natu grandior &
minimè suspecta, in sæculo quidem, si velit, remanente, voto per
petuæ continentia emissio. Secundò, eum, cuius vxor in hæresin Dom. Soto 4.
aut infidelitatem prolapsa est. Tertiò, qui ex infidelitate ad fidem d 39. art. 4. ad 3.
conuersus est, vxor in sua infidelitate permanente, si modò spes D. Tho 4. d. 39.
desit illius ad fidem conuertendæ: cui etiam postea præter opinio- art. 5 ad 4.
nem conuersæ maritus iam Sacerdos restituendus non est. Quartò Idem Soto 4.
denique illum, qui innocens propter vxoris adulterium à reddendi d 38. q. 1. ar. 1. & 2.
debiti obligatione liber euasit.

XIII.

Illum coniugatum, qui liberis procreandis in Sacerdotio
vult dare operam, Ecclesia latina neque nunc ad Sacerdotij digni-
tatem admittit, neque antea vnquam admisit. In secundo Cartha-
ginensi Concilio leguntur ipsi Apostoli docuisse, vt Episcopi, Pres-
byteri, Diaconi, vel illi, qui Sacramenta contrectant, pudicitia sint
custodes & ab vxoribus se abstineant. *Quod Apostoli docuerunt* (aiunt
illius Concilij Patres) *& ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.*
Scripsit olim Hieronymus, *Orientis, Aegypti, & sedis Apostolica Eccle-*
siæ aut virgines Clericos accipere, aut continent; aut si vxores habuerint,
maritos esse destitisse; quod alio loco sic expressit; aut certe post Sacer-
dotium in æternum pudicos. Eiusdem Hieronymi illud est; *Episcopus*
(loquitur de eo, qui coniugatus venit ad Episcopatum) qui in Epi-
scopatu deprehensus fuerit filios facere, non quasi vir tenebitur, sed quasi adul-
ter damnabitur.

Can. 2.
Idè habent Co-
cil. Carthag. v.
Can. 3. & Aphri.
Can. 77.
lib. aduersus Vi-
gilantium.
In Apologia p
libris aduersus
Iouinianum.
lib. 1. contra Io-
uinianum.

XIIII.

Multò proinde minùs ille est admittendus, qui vxore, quam
antea duxit, post Sacerdotium per mortem amissa, existimat sibi
licere ad secundas, tertias, aut quartas etiam nuptias transire; (quod
nec Græci hæcenus vsurpârunt) ac sacerdotibus omnibus dictum
esse illud Apostoli, *propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat.*
Item illud eiusdem. *Qui non se continent nubant; Melius est enim nubere,*
quàm vri. Quasi verò, quæ vel coniugatis, vel nondum velatis virgi-
nibus ab Apostolo dicuntur, referenda sint etiam ad eos, qui semel
per contingentia votum Dei cultui se consecrârunt. His enim dici-
tur, *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Et illud Psalmi, Vouete & red-*
dite.

Conc. Neocusa.
can. 11.
Synodus Trul-
lana Can. 6.
Paphnuti. apud
Socrat. lib. 1. c. 8.
1. Cor. 7.
Ecclesiast. 35.
Psalm. 75.

Pfal. 75.

1. Timot. 5.

dite Domino Deo vestro. Ad eosdem pertinet, quod Apostolus teripse de iunioribus viduis voto obstrictis, eas scilicet, cum nubere volunt, damnationem habere, quod primam fidem irritam fecerint. Prædicantibus Lutheranis, & ministris Caluinianis modò prius in Ecclesia nostra ordinati non fuerint, aut à religione, quam professi sunt, apostatæ non recesserint, quia meri Laici sunt, legem & modum hinc non præscribimus.

XV.

a Concil. Nicæ.

1. cap. 3.

Carth. 3. can. 18.

Arelat. 2. can. 3.

Tolet. 2. can. 3. &

alij complures.

b Sess. 25. c. 14.

c Lib de dono

viduitatis c. 11.

Sacerdotum concubinatum Ecclesia semper est detestata. Sicut abundè satis declarant pœnæ contra concubinarios sacerdotes à varijs a concilijs & canonibus constitutæ, & à b Tridentina Synodo renouatæ, Sed nimis impudenter illi faciunt, qui post Sacerdotium sibi sociam adiungunt, & sub specioso thori immaculati & honorabilis coniugij titulo suam culpam & libidinem defendunt. Quod si c Augustinus antè annos 1200. lapsus viduarum, quæ post continentiam votum nubunt, adulterijs peiores esse dicit; quid de lapsu Sacerdotum diceret, qui post solemne votum vxorum nomine concubinas ducendo, Coniugium simul & Sacerdotium sacrilegè quadam ignominia afficiunt? In huiusmodi Sacerdotem falso coniugatum rectè antiquus ille versiculus cadit:

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

XVI.

Ca. Non oportet D. 44.

cap. Clerici. De

vita & hon. Clericorum.

Nulla ratione toleranda est illorum audacia & impietas, qui ad Sacerdotium veniunt hoc animo, vt concubinam, quam domi fortassis occultè iam habebant, secum retineant; vel si non habebant, alicui deinceps adhærere proposuerunt, duplici de causa concubinarijs laicis deteriores: partim propter graue periurij crimen, in quod malitiosè incurrunt: partim quod illud committant, quod ne in laicis quidem dissimulandum est, quibus tamen alia multa permitta scimus: vt gestare arma, tabernas ingredi,

exercere officia secularia, à quibus Dei Sacerdotes prorsus alienos esse conuenit.

(.)

CAPVT

CAPVT III.

Cuius sit ordinare Sacerdotes.

XVII.



Ideamus nunc, ad quem ius & authoritas spectet ordinandi Sacerdotes. Error est perniciosus, existimare ius istud non ad Episcopos, sed vel ad plebem, vel ad civilem magistratum pertinere. Repugnat enim scriptura, vt quæ non Laicum, sed Episcopum admonet, ne citò manus alijs imponat. Episcopus fuit, qui Timotheo dixit. *Resuscites gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum mearum.* Episcopi fuerunt, qui septem diaconos; qui Paulum & Barnabam; qui Presbyteros per singulas Ecclesias ordinârunt. Repugnat Concilij & Patribus, qui constanter affirmant solius Episcopi esse Presbyteros, & alios Ecclesiæ ministros ordinare. Repugnat denique perpetuæ totius Christianismi consuetudini. Neque enim à sæculo auditum est, Presbyterum ordinatum fuisse à plebe vel civili magistratu, nec vllum ordinationis huiusmodi vel decretum ex disciplina, vel exemplum ex historijs adferri potest.

1. Timot. 5.
2. Timoth. 1.
A. 6.
13.
14.
In Can. Apost.
Can. 2.
Carth. 4. Can. 3.
Trident. sess. 23.
Can. 7.
Damas. ep. 4.
Leo 1. ep. 88.
Hier. cõt. Lucif.
Epiph. hæc. 75.

XVIII.

Non sunt tamen ab ordinatione Sacerdotum Laici prorsus excludendi. Nam etsi neque ordinare possint, neque etiam eligere Sacerdotes, & quidem rectissimè, permittantur; de vita tamen & moribus eius, qui Sacerdotio est initiandus, ius habent testimonium ferendi. Vnde sicut etiam Cypriani ætate factum est, sacerdotales ordinationes apud nos sub populi assistentis conscientia celebrantur, vt illo præsentem vel detegantur (vt ipse loquitur) *malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur.* Habet igitur populus ius eligendi & suffragandi per testimonium, non per calculum, hoc est more testis, non iudicis, qui est Episcopus.

lib. 1. ep. 4.

XIX.

Error est alius æquè perniciosus affirmare potestatem hanc ad Lutherum Lutheranosque Superintendentes, & ad Calvinum ac Calvinianos Pastores pertinere. Est enim illud certissimum, veros Pastores non esse censendos, nisi illos, qui sunt à veris Pastoribus ordinati, idque per manus impositionem, quæ, etiam Caluino auctore, propter accuratam Apostolorum obseruationem præcepti vice nobis

li. 4. inst. c. 3. § 16

lib. 11. hist. Eccl.
cap. 20.

lib. 4. ep. 9.
In dialo. contra
Luciferianos.

To. 3. cap. 60.
61. & 62.
Aug. hæres. 53.

Hæres. 75.

Concil. Cartha.
3. Can. 22.
Concil. Triden.
sess. 23. de Refor.
cap. 31.

esse debet. At verò Lutherus & Calvinus, qui primi Pastores apud suos habentur, à quibus obsecro veris Pastoribus; per manus impositionem sunt ordinati? Certè non à suis; cùm nulli antè Lutherum Lutherani, nulli antè Calvinum Calvinistæ fuerint. Neque etiam à nostris; cùm in Ecclesia nostra, quam impiè reliquerunt, Episcopi nunquam fuerint, aut pastores. Si à Deo vel ab Apostolis, aut (quod B. Amphilochio contigisse scribit Nicephorus) ab Angelis ordinati sunt, exhibeant huius miraculosæ ordinationis signum aliquod. Quòd si primi Lutheranæ & Calvinianæ hæresum auctores hanc potestatem non habuerunt; quis secundis, quis tertijs, quis cæteris eorum successoribus illam communicavit? Illud hinc consequens est Lutheranos & Calvinianos Ecclesiam non habere, qui carent Episcopo, qui non habent Sacerdotes; cùm Cypriano *Ecclesia sit plebs Episcopo adunata, & Pastori suo grex adherens.* Et Hieronymo, *Ecclesia non sit, quæ non habet Sacerdotes.*

XX.

Error tertius est, non minùs quàm præcedentes perniciosus, simplici Sacerdoti tribuere potestatem Sacerdotes creandi; quod fecerunt apud Thomam Waldensem Wicleph & Armachanus. Quod si verum esse concederemus, iam in Arianam hæresin consentiendum erit, quæ nullum inter Episcopum & Sacerdotem discrimen esse voluit, sed cùm eam antè multa sæcula repudiatam esse ex Epiphanio constet, quod ille antè annos ferè mille ducentos Aërio respondit, idem nos Wiclepho & Armachano dicimus; Episcoporum ordo Patrum generator est: Patres enim generat Ecclesia: Presbyterorum verò non potens generare patres, per Lauacri regenerationem generat filios Ecclesiæ, non tamen patres aut doctores.

XXI.

Vera Catholicaque doctrina est iam inde ab Apostolorum temporibus in Ecclesia conseruata, ad solum Episcopum ritè ordinatum hanc Sacerdotes consecrandi potestatem pertinere; ita tamen ad Episcopum pertinet, ut quia distinctæ sunt diocæses, quot quot Sacerdotes esse cupiunt, ad Sacerdotij gradum ab Episcopo proprio (quem ordinarium vocant,) promouetur; qui si ægritudine sit impeditus, suos subditos priùs probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittit, licet eam facultatem ab alieno Episcopo Sacerdotium suscipiendi, ipsi subditi usurpare nò possint.

possint, nisi postea velint ab ordinum executione ad sui antistitis arbitrium suspendi.

XXII.

Episcopus si corruptæ vitæ fuerit, peccat Sacerdotes promouendo, data sibi potestate indignè vtens; confert tamen verè Sacerdotium, sicut etià verè illud confert Episcopus vel excommunicatus, vel simoniacus; hoc tantum discrimine; quòd à primo Sacerdotes renunciati, simul habeant Sacerdotij sibi collati executionem; quam nò consequuntur, qui posteriorem habuerunt cõsecratorem. *9. q. 1. tota*
Cap. Requisite
De ordinat. ab
Episcopo, &c.
D. Th. 22. q. 100
art. 6. & 4. d. 25.
q. 3. ar. 1. q. 3. ad 2
Per tuas, 2. co. t.
Can. Secundũ.
D. 19.
In dialo. contra
Luceferianos.
Can. Qui perfe-
ctionem 1. q. 1.
Can. Ordina-
tiones. 9. q. 1.
Cap. Quod à
prædecessore.
De schismaticis

XXIII.

Dubitant quidam de Episcopo hæretico, an ab eo Sacerdotes ordinati characterem acceperint: Nobis ita videtur; Episcopum hæreticum, si formam Ecclesiæ sequatur, tribuere ordinem, non eius vsum; in qua sententia etiam Hieronymus fuisse videtur, cum ait, quod *in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinauit*. Nec huic repugnat, quod ab eo facta ordinatio dicatur irrita, & honorem dare non possit, quem quis non habet; quia irrita est propter solam executionem, quæ non confertur; & quia semel acceptus honor exerceri non potest, negant Canones honorem Sacerdotij dari, qui velut non datus haberi debet. Idem prorsus de schismatico Episcopo dicendum est, à quo factæ ~~per~~ ordinationes pari omnino ratione dicuntur irritæ.

XXIII.

In hac consecratione duplicem Episcopus potestatem Sacerdoti confert: vnā consecrandi & offerendi Eucharistiam tradita illi patena cum pane, & calice cum vino, sub hac verborum forma: Accipe potestatem offerendi sacrificium: alteram verò à peccatis absoluendi, quando peracta Missa manibus eidem impositis, dicit; Accipe Spiritum sanctum; Quorum remiseras peccata, &c. Et quamuis nonnulli velint solam instrumentorum porrectionem essentialē esse, manus autem impositionem, prorsus accidentariam; longè tamen probabilior nobis *b* eorum videtur sententia, qui docent hanc non minùs ad absolutam Sacerdotij essentialē requiri.

XXV.

Cur enim alioqui *a* scripturæ passim pro extèrno symbolo *a* Atto. 6. 13. & 14
B 2 ordina-

Timor. 4. & 5. ordinationis istam manus impositionem nobis tradidissent? Cur
Can. 9. Concilia **b** Nicanum primum, **c** Antiochenum, **d** Carthaginen-
Can. 10. & 17. se quartum; Cur Pontifices **e** Clemens, **f** Damasus, **g** Innocen-
Can. 2. 3. & 4. tius primus, **h** Leo primus, **i** Alexander secundus, & **k** Victor se-
1. 8. con. apost. cundus docuissent ordines impositione manus conferri? Cur ipsa
cap. 2. & seq. **l** Tridentina Synodus nunc affirmaret extremæ Vnctionis ministrum
ep. 4. esse Episcopum, vel Presbyterum ritè per impositionem manus ordinatum; nunc
ep. 22. diceret; per ipsam sacram ordinationem dari Spiritum sanctum, cum Episco-
ep. 87. pus dicit, Accipe Spiritum sanctum? Sed cum hoc dicitur, ab Episcopo
Can. Ex mul- manus imponuntur, vt habet vetus & apud omnes gentes vsitata
tis. 1. q. 3. Ecclesiæ consuetudo. Cur Patres, cum de ordinatione loquuntur,
Ca. Daibertu. adeò studiosè mentionem fecissent impositionis manus, vt dixe-
1. q. 7. rint *m ad eam impleri ordinationem; n hominem imponere manum, sed Deum*
Sess. 14. Cap. 3. *gratiam largiri?* Certè si manus impositio tantum accidentaria sit,
De extre. Vnct. ridiculum est, quòd Concilia, quòd Pontifices, quòd Patres illius
Sess. 23. cap. 4. de tantum meminerint, eo interim ritu, qui vel maximè ad ordinatio-
Ordine. nis essentiam spectat, penitus omisso vel neglecto.
Hiero. in c. 58.
Isaia.
Ambros. lib. de sacerdotali
de sacerdotali
dignitate. ca. 5.

XXVI.

In institutione
Armenorum.

Locus assert. 25.
etatis.

Nequè perturbare quamquam debet, quod Concilium Flo-
rentinum de sola instrumentorum porrectione loquatur. Nam si
ita ratiocinari liceat, iam cum ea prætermissa Carthaginense & alia
(sicut dictum est) Concilia mentionem tantum fecerint de manus
impositione, hanc vnam dicemus ad Sacerdotij essentiam abundè
sufficere. Verum cum huiusmodi ritus omnibus essent ex creberri-
mo vsu notissimi, & Concilia, Pontifices ac Patres denique Eccle-
siasticorum rituum libros sibi scribendos minimè sumpsissent, vni-
cam solam essentialem partem attigerunt, ex qua cætera omnia in-
telligerentur.

XXVII.

Cap. Pastora-
lis de Sacramen-
tis nō iterandis.
Ca. Presbyter.
cod. tit.

Nequè etiā cum hac sententia pugnat, quod **a** Innocentius
Tertius, & **b** Gregorius Nonus dixerunt ordinationem sine ma-
nus impositione factam iterandam non esse, sed supplendum, quod
omissum est. Id enim tantummodo significare voluerunt, cæremo-
nias has diuidi, & diuerso tempore adhiberi posse, ac efficaces esse,
quocumquè etiam tempore adhibeantur. Quod Gregorius Nonus
adiiecit impositionem manus ab Apostolis introductam, non ita
accipi-

accipiendum est, quòd Apostoli eum ritum instituerint, sed quòd illo prius instituto, ipsi primi in ordinationibus vti cœperint.

XXVIII.

Additur & manuum Vnctio, cæremonia non otiosa quidem, non tamen essentialis. Non otiosa, quia (vt rectè Hugo de S. Vi-
re tradidit) vnguntur Presbyteris manus, vt cognoscant se hoc Sa-
cramento consecrandi gratiam accipere, & opera misericordiæ er-
ga omnes pro viribus exercere debere. Non essentialis, quòd ea
prætermissa character sacerdotalis nihilominus imprimatur.

XXIX.

Extant huius Vnctionis in Ecclesiasticis historijs exempla, cu-
ius præclaram facit mentionem *a* Eusebius Cæsariensis. Scribit
b Metaphrastes Chrysostomum, cùm Episcopus fieret Constanti-
nopolitanus, inunctum fuisse. De Seuerò Rauennate Episcopo
idem fatetur *c* Chrysologus. *d* Patianus Ambrosij æqualis Sacer-
dotem vinctum appellat. Et *e* Hieronymus auctor est suo tempore
Sacerdotes in ordinatione sua vngi solere. Vnde constat quàm au-
dacter mentitus fuerit *f* Kemnitius, dùm scribit nullum huius vn-
ctionis in Ecclesiastica historia exemplum extare; Patres eius non
meminisse, & antiquis eam displicuisse. Quamuis in illo cap. *g* Cùm
venisset, quod adducit, non antiqui, sed aliqui legendum esse, non
solum Glossa ibidem admoneat, sed & ipse Innocentius satis osten-
dat, vt qui ex antiquis Vnctionem esse adhibendâ probauit. Quod
adiungit Kemnitius *Christum & Apostolos Vnctione vsos non fuisse*, dicit,
non probat: nos testem habemus *h* Dionysium Areopagitam, qui
traditum dicit ab Apostolis, vt Pontifex in omni ferè Pontificali
consecratione sacrum oleum adhiberet.

XXX.

Eandem Vnctionem Caluinus reprehendit. Primò velut *fa-* lib. 4. inst. c. 19
lentem. Sed mirum est Caluinum odoratu adeò præstitisse, vt factio-
nem hunc à veteribus illis, & tot iam sæculis nunquam deprehen-
sum, ipse sagacissimè indagando tandem inuenerit. Secundò quasi
sale carentem; at non caret Apostolico, id est, verbo Dei ab Aposto-
lis tradito, si Dionysio credendum. Tertiò velut ritum quandam
Iudaicum. Quasi verò Iudaismum redolet, Vnctionem alia ver-
borum forma, alio ritu, atque ad finem alium adhibere, quàm Iu-
dæi fecerunt: aut si Iudaismum redolet, cur aqua in Baptismo, &

lib. 2. de Sacra-
mentis. p. 3. c. 11.

lib. 10. hist. ec-
clesiæ. cap. 4.

b In vita S. Ioa-
Chrysost.

c Sermone de S.
Seuero.

d ep. 3. ad Sym-
pronianum.

e Epist. 128. ad
Fabiolam de
vestitu Sacer-
dotum.

f p. 2. examinis

g De sacra vnct.

h lib. de ecclesi-
hierarch. cap. 5.

lib. 4. inst. c. 19

31.

loco iam citato

Nd. 19. 31. & alibi in Eucharistiæ Sacramento pane utimur, cum tamen Iudæi quod Exod. 25. 35. &c. suas expiationis aquas & propositionis panes habuerint.

XXXI.

Affert. 24.

Quartò; hoc esse sacrum oleum, quod characterem indelebilem imprimit. At quis Catholicorum unquam docuit, per oleum in hoc Sacramento characterem Sacerdotibus imprimi? Quis enim ignorat Vnctionem illam adeò non necessariam, ut illa etiam omissa, Sacerdos tamen verè sit, cui in Sacerdotij collatione instrumenta, de quibus supra diximus, porrecta sunt, & manus impositæ? Quintò abstergi oleum hoc pulvere & sale, aut, si tenaciùs adhaesit sapone: Quid tùm postea? an ideò Sacerdotij gradus erit repetendus? Si ita nugari liceat, periculum est, ne quoniam aqua illa, qua in Baptismo abluit peccatorum remissionem obtinuimus, sua sponte decidit, nec hæret in corpore, fateri cogatur Calvinus, etiam Baptismum sæpiùs esse repetendum.

XXXII.

lib. 2. contra ep.
Parm. cap. 13.

Adiungit postremò Characterem esse spiritualem; sed spiritualis etiam character est, qui in Baptismi Sacramento imprimitur, ubi tamen materia similiter sensibilis est. Quid ergò miratur Calvinus in Sacerdotio spiritualem characterem imprimi, non oleo (ut ipse falsò Catholicis impingit.) sed porrectione illa, & manus Episcopalis impositione? Augustinum Calvinus legisse debebat diligentius, qui in eo Sacerdotium & Baptismum convenire docet, quòd utrumq; Sacramentum sit, & quadam consecratione detur; illud cum ordinatur, istud cum baptizatur, ac ideò in Ecclesia Catholica neutrum iterari.

XXXIII.

lib. 4. Inst. c. 19.
§ 29.

Apud Sur. To. 4
de vita sanctor.

Ioan. 20.

Ab Vnctione progreditur ad reprehendendam insufflationem, quam adhibet Episcopus, cum creando à se Sacerdoti dicit; Accipe Spiritum sanctum. Sed iisdem verbis B. Petrus Apostolus usus est, cum S. Apollinarem Episcopum constitueret, ut tradunt qui S. Appollinaris vitam descripserunt. Et Christus Apostolis, atq; adeò Episcopis facultatem videtur dedisse ista verba usurpandi, cum paulò antè illa verba Accipite Spiritum sanctum, eodem loco diceret: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Imitatur autem Episcopus ea in re Christum Dominum, qui insufflans dedit Apostolis Spiritum sanctum; non quòd existimemus ab Episcopo dari Spiritum sanctum, sicut à Christo datur. Dat enim Christus Spiritum sanctum ut Sa-

ut Sacramentorum author, & qui suo illum meritò nobis peperit;
date eundem Episcopus, sed ut minister tantum, & cœlestium do-
norum dispensator.

XXXIII.

Grauius certè Catholicos offendere debet insignis illa iniu-
ria, qua Caluinus nimis petulanter non Episcopos tantum, sed etiã
vniuersos nostros Sacerdotes affecit, dùm scribit illos insufflare
quasi è suo gutture Spiritum sanctum egerant: istos verò ab illis non Spiritum
sanctum accipere, sed ex equis fieri asinos, & ex fatuis phreneticos. His alibi
partim mendaciter, partim contumeliosè, ne scurriliter dicam ad-
iungit, cornutos Episcopos, quos etiam execratores vocat, verba illa Ioan-
nis: Accipite Spiritum sanctum, deprauare, ac diuinitatis gloriam sibi vsurpare,
eorumq; anhelitum putidum esse.

Ad cap. 20. Ioã.
apud Marlorã-
tum.

CAPVT III.

De Sacerdotis Officijs.

XXXV.

QUod nunc ad Officia Sacerdotis, ea solent à Catholicis
quatuor distingui: primum est, Missæ Sacrificium of-
ferre: Alterum administrare Sacramenta: Tertium
concionari, vel rudiores in fidei rebus, & his, quæ ad
consequendam animæ salutem spectant, instruere: Quartum est
diuinum officium vel Canonicas horas recitare. Ex quibus pri-
mum & vltimum Sacerdotibus omnibus communia sunt: Secun-
dum & tertium ab illis tantum exercenda, quibus cura regendarum
animarum commissa est; aut qui alioqui à Pontifice vel Episcopo,
alijsq; quorum interest, facultatem habent. Requirit enim actû
Iurisdictionis, qua priores illi carent, posterioribus autem ea con-
cessa est.

XXXVI.

Primum & præcipuum officium est, Missæ sacrificium offer-
re; quod si de simplici & beneficium Ecclesiasticum non habente
Sacerdote loquamur, necessariò non est vel quotidianum, vel heb-
domadarium, vel menstruum; licet omnibus modis laudandus ve-
niat ille Sacerdos, qui eam viuendi rationem sequitur, ut si non
quotidie, frequenter saltem, cum suo & aliorum fructu celebrare
possit.

p. 3. q. 82. art. 10.

Cap. Dolentes.
De celeb. Missarum.

Ses. 23 de Refor.
cap. 14.

possit. Existimauit D. Thomas huiusmodi quotannis ter quaterue celebrare debere, idque sollempnioribus anni festis, quibus ad sacram communionem laici religiosiores accedunt. Ante hunc Innocentius Tertius reprehendit Sacerdotem, quod vix quater in anno Missam diceret. Post vtrumque Tridentina Synodus, & recte quidem, per Episcopum vult curari, vt Sacerdotes dominicis diebus festisque sollempnioribus Missæ sacrificium offerant.

XXXVII.

In 4. d. 13. art. 1.

q. 2.

Ibidem.

Soto. 4. d. 13. q. 1.
art. 10.

Syluest. v. Missa
1. § 7.

Sed quæstio est; possit ne simplex huiusmodi Sacerdos citra mortale peccatum ab omni Missarum celebratione perpetuo abstinere? Ad quam respondemus. Primò, si impedimentum contraxit perpetuum siue casu, siue etiam propria culpa, eum non posse tantum, sed etiam debere perpetuo abstinere. Secundò, si impedimento tali careat, etiam si temporarium adsit, quod remoueri potest, eundem difficulter, ac ne vix quidem à peccato mortali excusari posse, si Richardi, Paludani aliorumque rectius sentientium doctrinam sequi, & rationes audire velimus: Sunt autem istæ; quod Deus vniuersis Sacerdotibus per impressum characterem non frustra dederit potestatem consecrandi; sed vt ea in suæ passionis memoriam vterentur, & talentum sibi concreditum fideliter expendere; quod nunquam celebrans pessimè apud populum audiat; quod grauius alios offendat; quod in suspicionem veniat, quasi sit vel ordinis sui contemptor, vel grauioribus sceleribus ab usu Sacerdotij prohibeatur.

XXXVIII.

Sylu. vbi supra.
Nauar. in Man.
cap. 25. n. 134.

Can. Oēs fideles
& seq. de conse.
D. 1.

Can. Sufficit.
De cons. D. 1.

Quod si de Sacerdote loquamur beneficium simplex habente, quod certum Missarum numerum, vel in hebdomada, vel mense, vel etiam anno requirit, is ne suo desit officio, curare debet. Quod si Parochus sit, indubitatum est, eum, quibus diebus ad audiendam Missam populus est astrictus, ad illam per se vel per alium celebrandam teneri, hoc est, dominicis festisque diebus, ne iniqua alioquin sit conditio populi, qui cogeretur Missæ interesse, si ne Parochus quidem, spiritualem illorum curam gerens, ad eam dicendam esset obligatus. Quod ad reliquos dies attinet, in illis vel singulis, vel aliquibus pro decimarum & stipendij ratione ac recepta loci, in quo Parochus est, consuetudine, vt celebret, curandum est. Neq; Parochus, neq; alius quispiam Sacerdos, vllò die sapius Missæ sacrificium offerre

offerre debet, exēptis casibus à iure expressis, & die Natiuitatis Do-
mini nostri; quo tamen neminem ad trinam illam Missam vel di-
cendam vel audiendam Ecclesia compellit.

XXXIX.

Nimis impudenter Calvinus in hoc officium inuectus est, quod
spiritum vocat & adulterinum, sacrilegum & idololatricum, ac in hominum of-
ficina fabricatum scribit, Christumq; de predicando Euangelio pascendoq; grege;
non de hostijs immolandis mandatum dedisse. Nec minùs certè im-
pudenter de eo loquuntur Lutherani. Sed cùm primò Calvinus au-
ctor sit sententiam hanc, quòd Missa sit sacrificium, inebriasse omnes Reges
terre, & populos à summo vsq; ad nouissimum; Cùm secundò Lutherus
fateatur passim credi, Missam esse sacrificium, quod Deo offertur illudq; san-
ctorum Patrum dictis, tot exemplis, & tanto vsu per orbem constanter obserua-
to confirmari; Cùm denique certissimum sit Missam, vt nunc est antè
annos ferè mille, Gregorij Magni tempore absolutam (sicut Kem-
nitius testatur) nec quicquam ex eo tempore ad Missæ Canonem
adiectum sit; sequitur si veræ sint Caluini & hæreticorum calum-
niæ, Ecclesiam totam per tot sæcula densissimis Idololatriæ tene-
bris immerfam iacuisse, ac planè perijsse, cùm Ecclesia Christi esse
non possit, quæ palam in exercenda tot sæculis idololatria fuit oc-
cupata: sequitur Christi promissionem esse falsam, qua promisit, Matth. 16.
ne portas inferi aduersus Ecclesiam præualituras. Sequitur falsum
esse, quod dixit Apostolus, Ecclesiam esse columnam & firmamen-
tum veritatis. Sequitur tot viros sanctissimos, qui post Gregorij
ætatem Missam vel audierunt, vel celebrârunt, spurios & adulteri-
nos, idololatrias & sacrilegos fuisse. Sed quis credat Deum, qui tam
multa futura, & minùs necessaria nostris maioribus reuelauit, hoc
vnum mysterium summè necessarium, nulli prorsus licet sanctissi-
mo, antè Caluinum & Lutherum reuelasse?

XL.

Si in hominum officina Missa fabricata est, cur Calvinus pri-
morum eius auctorum nomina non indicauit? Quod si Grego-
rium Magnum proferat, fuerunt antè illum plurimis annis, in La-
tina Ecclesia a Hieronymus, b Ambrosius, c Augustinus; in Græ-
ca d Basilius, e Nazianzenus, f Nyssenus, g Chrysostomus, h Epi-
scopus. Si 12. q. 9. Eu. q. 3. l. 4. de Trin. c. 14. d in sua liturgia. e Orat in Gorgoniâ sororē. f lib. de Baptis-
m. g Hom. 17. in ep. ad Heb. ho. 33. & 60. ad pop. Ant. lib. 3. de sacerdot. h hæc. 79.

Cap. Cōsultat
de celeb. Missar.
Hos casus refer
Nauar. in Man.
cap. 25. n. 87.

lib. 4. Inst. c. 19.
§ 28. & ad cap. 3.
epist. ad Hebr.
apud Marlor.

lib. 4. Inst. c. 18.
§ 18.
lib. de cap. Bæ
byl. cap. 1.

p. 2. Examinis
vbi de Canone
Missæ disputat.

Matth. 16.
1. Timoth. 2.

lib. i. aduersus
Pelagianos.
ep. ad Heliodo.
ep. ad Euagriū.
in psal. 38 &
cap. 1. Lucæ.

f. lib. de Baptis-
mo.

11. de adorat. in phanius; i Cyrillus Alexandrinus: Martyrum ætate vixerunt
 spiritu & verit. k Hyppolitus, l Cyprianus, m Tertullianus, n Dionysius, & o plu-
 k Oratione de res alij, qui omnes Missæ sacrificium agnouerunt, illud quæ non nisi
 Antichristo. à Sacerdotibus offerendum esse tradiderunt; alij Altaris, in quo of-
 l lib. 1. cp. 9. & ferri debet, meminerunt; alij ritum sacrificandi scriptum relinqui-
 lib. 2. ep. 3. runt: Ante Martyres B. Iacobus Apostolus liturgiam edidit; p B.
 m lib. de velan- Andreas *immaculatum agnum in altari se offerre* prædicaui; reliqui
 dis virginibus. Apostoli q in suis Canonibus altaris ad offerendum *Eucharistiam* erecti
 & lib. de exhor- mentionem fecerunt. Apostoli à quo ista didicerunt, nisi ab eo, à
 tatione castitat. quo in vltima cœna dictum audierant; r *Hoc facite in meam commemo-*
 n lib. de eccles. rationem.
 hier. cap 3. inuenies apud Robert. Bellar. lib. 1. de Missa. cap. 15. 16. 17. & alijs. p In vita B. Andreæ per pres-
 byt. & diaconos Achaia scripta. q Can. 3. & 4. r Matth. 26.

XL I.

Ho. 24. in 1. ad
 Corinth.

CHRISTVS ergo primus missam celebrauit, cum in vltima
 cœna sub panis & vini speciebus, Sacerdos secundum ordinem
 Melchisedech, seipsum offerret; & sicut vniuersus Christianorum
 orbis semper credidit *pro victimarum* (vt Chrysostomus loquitur)
 & pecorum *cade seipsum offerendum præcepit*. Nos certè maiorem fidem
 adhibemus Iacobo, Andreæ, cæterisq; Apostolis, qui vltimæ cœ-
 næ adfuerunt; Clementi & Dionysio, qui Apostolos habuerunt
 magistros; Cypriano, Basilio, Ambrosio ac reliquis, qui tot sacra-
 lis præcesserunt; quàm Caluino, qui heri natus est.

XL II.

7. Cani. Nihil.

7. q. 1.
 Can. Sacramēta
 altaris. de cōsec.
 D. 1. & Can. 1. i
 quido. de cons.
 D. 2.

b Can. sicut nō
 priuile. in 6.

Ornamenta Sacerdotis, varij gestus, motus, actiones & cære-
 moniæ in celebranda Missa solent adhiberi, id quæ non inutiliter;
 cum pertineant ad passionem Christi Domini, nostris oculis obij-
 ciendam & repræsentandam. Et licet hæ cæremoniæ necessariæ nō
 sint ad Missæ essentiam (vt quæ in oblatione Corporis & Sanguinis
 Domini, Deo à Sacerdote facta, consistit) prætermitti tamen sine
 graui scelere non possunt. Rectè etiam ab Ecclesia constitutum, vt
 nemo nisi a ieiunus ad hoc sacrificium offerendum accedat, & qui-
 dem b in templis alijsq; locis Episcopi consecratione ad id desti-
 natis. Non prohibemus tamen, quin c ara portatili vtantur, quibus
 illius vsus à Pontifice Romano concessus est.

alij. Can. Missarum. De conse. D. 1. e Cap. Quoniam. cap. In his quæ. De
 illud

XLIII.

Illud hoc loco adiungendum, falsum esse, quod Waldenses docuerunt, Sacerdotem, si vel vnum mortale peccatum perpetraverit, consecrandi potestatem amittere. Nos Catholici docemus eandem potestate perpetuo remanente, primò illum delinquere, si post commissum peccatum, nulla præuia contritione vel confessione, si commoditas adsit confitendi, potestate sua vtatur: Secundò varijs modis illum ab Ecclesia impediri, quò minùs potestate sua legitimè vti possit; quales sunt excommunicatio, suspensio, depositio, irregularitas & interdictum; qui modi canonica impedimenta dicuntur. Tertiò, Sacerdotem cum huiusmodi impedimentis celebrantem verè conficere, licet non sine peccato, si sciens id faciat.

Apud Alphons.
à Cast. lib. de
hæresib. v. Sa-
cerdotium.

Lege Petrum
Soto de Euch.
lect. 134

XLIII.

Sequitur alterum officium, quod diximus in administratione Sacramentorum esse positum. Sacramenta autem quæ à Sacerdote velut ab ordinario ministro exhibenda sunt, quatuor numerantur; Baptismus, Eucharistia, Pœnitentia & Extrema Vnctio. His addendum Matrimonium, quod licet ad suam essentiam ministerio Sacerdotis non indigeat; ex decreto tamen Tridentini Concilij præsentiam requirit proprii Parochi aut alterius iuxta Concilij mentem Sacerdotis; ab eodem quoque benedictio, quam Ecclesia nouis nuptis impartiri solet, adhibenda est.

Sess. 24. de Re-
format. cap. 1.

XLV.

Duo sunt in hac Sacramentorum exhibitione diligenter curanda: Alterum est, vt meminerit Sacerdos ea puro sinceroque animo tractanda esse: à quo tamen etiam in notorijs peccatis constituto, modò excommunicatus non sit, suspensus, aut alijs ecclesiasticis censuris irretitus, & ab Ecclesia in officio toleretur, parochiani licitè possunt & petere & suscipere Sacramenta, vt qui iure suo vtuntur, nec illud propter Sacerdotis malitiam amittunt. Alterum, vt sciat ad hanc exhibitionem se quouis tempore paratum esse debere, cum eam subditorum salus exigit, adeò vt ne tùm quidem ab ea se liberum arbitrari debeat, cùm pestis aut propriæ vitæ periculum immineret. Curare & illud Parochus debet, vt infirmos visitet, cõsoletur, eosq; ad fœlicem Christianisq; hominibus dignam mortem præparet.

D. Thom. 2. 2.
q. 185. art. 5. & ibi
Caietanus.
Soto lib. 10. de
instit. & iure. q.
3. art. 4.

XLVI.

lib. de capt. Bab.
Cap. De ordine.

1. Cor. 12.

1. Timot. 5.

2. Timot. 3.

2. Cor. 4.

Hæresis est Lutheri vniuersos vtriusque sexus & omnis ætatis Christi fideles pari in administrandis Sacramentis potestate præditos esse, eamque in Baptismo accepisse. An igitur in Ecclesia omnes erunt Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Doctores? An nullæ erunt diuisiones gratiarum, nullæ ministracionum, nullæ operationum distinctiones? Quid opus fuit illa adeò diligenti admonitione, ne Timotheus citò manum imponeret? Cur Apostolus tanto studio vtendum voluit in Presbyteris ordinandis, vt diceret Neophytum non ordinandum? Cur idem mulieribus in Ecclesia tam seriò silentium indixit?

XLVII.

2. 22. cap. 8.
2. 24. de Re-
for. cap. 4. & 7.

Tertium officium Sacerdotis est concionari; quod Episcoporum & Parochorum idèd proprium dicitur, quòd illis officij, quo funguntur, ratione & de iure conueniat; cæteris non nisi ex singulari priuilegio tributum sit. Ethoc quidem exercendum (vt optimè Tridentina Synodus declarauit) omnibus dominicis diebus festisque sollemnioribus, quibus populus in diuina lege erudiendus, eique vis & vsus Sacramentorum explicandus, ac salutis monita, reiectis inutilibus quæstionibus, tradenda, eaque quæ in Missa leguntur, exponenda: pueri docendi Catechesin, & obedientiam erga Deum & parentes.

XLVIII.

Di. Thom. in 4.
1. 19. q. 2. art. 2.
q. 12. 2. ad. 4.

Rom. 2.
Nauar. in Man.
cap. 25. n. 141.
Caiet. p. 3. q. 64.
art. 6. & 22. q.
187. art. 1.

Quin grauitèr peccet, qui publico notorioque peccato obnoxius, ad concionandum accedit, dubitare nemo debet. Talis enim fructum omnem, qui colligi potest ex concione, directè impedit, dùm alios erudiendos suscipit & seipsum negligit, & dùm prædicat furandum non esse, & ipse furatur. Si peccatum habeat mortale, quod occultum sit, etiam peccat, modò absq; contritione vel confessione præuia concionari audeat, non quidem propterea, quòd concionis fructum impediatur, sed quòd actus ille concionandi sacer habeatur, & ecclesiastica saltem lege certo sit ordini alligatus.

XLIX.

Math. 10.
Luc. 10.

Error est existimare præcipuum Sacerdotis officium esse concionari; Si enim præcipuum est, qua ratione Apostoli, nondum Sacerdotes, à Christo missi sunt ad Euangelizandum & infirmos curandos? Quo iure Philippus Diaconus, in Samaria prædicans præcipuum

Episcopum Sacerdotis officium sibi usurpauit? Quo modo dixit Apo-
stolus, eos Presbyteros, qui bene præsunt, duplici honore dignos esse, ma-
ximè qui laborant verbo & doctrina? Sunt ergo nonnulli Presbyteri,
qui non laborant verbo & doctrina; atque ita præcipuum Sa-
cerdotis officium in concionando non potest esse positum. Pau-
lus certè Christum Sacerdotem esse probauit non ex concionan-
di munere, sed quòd constitutus esset ad dona & sacrificia pro
peccatis offerenda. Et quia in veteri lege non omnes Sacerdotes,
Doctores fuerunt; quid mirum si non omnes Sacerdotes nouæ le-
gis doceant?

A. Cor. 9.

1. Timot. 5.

Heb. 5.

L.

Hinc illud perspicuum euadit, erroneum esse, quod Luthe-
rus docuit, sed suis omnibus nec dum persuasit; Sacerdotes scilicet
noui Testamenti temporariam tantum habere potestatem, & semel
ritè ordinatos iterum Laicos effici, si verbi Dei ministerium non
exerceant. Si enim concionari non est primum Sacerdotis offi-
cium, quomodo hoc cessante desinet esse Sacerdos, qui semel ritè
fuit ordinatus? Quomodo Laicus efficietur, qui a ex Cypriani,
Augustini, aliorumque patrum & ipsius & Tridentini Concilij
sententia indelebilem Sacerdotij characterem semel suscepit? Laici
quidem meri sunt, qui Lutheranis porrigunt Sacramenta; certè qui
nobis ea ministrant, non laici sunt, sed Sacerdotes; nec laici effici
possunt, etiam si id vel maximè desiderant.

Loco proxime
citato.

a lib. 3. op. 2. c. 15.

b lib. 2. c. 6. tra. ep.

Parm. cap. 13. li.

de bono coniug.

gali. cap. 24

& Sess. 23. cap. 4.

& Can. 4.

L I.

Pari ratione erroneum est, quod idem Lutherus docuit, of-
ficium concionandi ad omnes prorsus homines, vtriusque etiam se-
xus, ex diuino præcepto pertinere. Vbi hoc præceptum? Cur illud
hactenus ignorauimus? in Ecclesijs nostris rectè non solum mulie-
ribus, idque iuxta Apostolum, sed etiam Laicis docendi munus
prohibetur; ac illi præterea, qui non legitime vocati illud assumunt,
pœnis coercentur. Sed sint apud Lutheranos omnes magistri & ma-
gistræ, & nullus prædicationis auditor (alioquin quomodo huic
diuino præcepto poterunt obedire?) apud nos Episcopi, Magistri,
& Doctores non adeò multi, discipuli plures inueniuntur; Episco-
pæ verò & doctricis nomen hactenus inauditum.

Vbi supra.

1. Cor. 14.

1. Timot. 2.

Cap. Excom.

nicamus. De

hæreticis.

L II.

Vltimum officium ita commune est Sacerdotibus, vt tamen

Diaconis, Subdiaconis, atque adeo omnibus etiam illis conueniat,
 qui vel Ecclesiasticum habent beneficium, vel in approbata & cho-
 ro deputata religione professionem emisunt. A Sacerdote (vt
 Can. Presbyter. alios hic omittamus) id exigunt Canones; requirit tum antiquissi-
 ma totius Ecclesiæ consuetudo; tum Sacerdotium ipsum & erga
 Deum gratitudo. Qui enim Sacerdos est, statum suscepit ad Dei
 Laudes perpetuo celebrandas institutum. Et quia præ cæteris ad
 altioris dignitatis gradum euectus est, manet etiam ad ampliores
 Deo gratias reddendas obstrictus. Sed hoc quotidianum Sacerdo-
 tis debet esse pensum, quod sine iusta causa non persolvere pecca-
 tum esse mortale rectè docent Theologi & Canonistæ.

Soto li. 1. de iust.
 & iure q. 5. ar. 3.
 Nan. li. de orat.
 cap. 7. n. 16.
 Conar. li. 3. Var.
 Resol. cap. 13.

LIII.

Excommunicatio, Irregularitas & similia Canonica impedi-
 menta, in quæ Sacerdos nonnunquam incurrit, licet legitimis re-
 liquorum officiorum usum prohibeant, non liberant tamen eun-
 dem ab hoc dicendarum horarum onere, ne commodum potius,
 quam pœnam è suo peccato reportare videatur. Excommunicatus
 interim eas dicere non debet, neque in Ecclesia, neque priuatim cum
 alijs, sed solus omittis omnibus, quæ ad ordinis dignitatē spectant,
 Eadem à degradato & suspensio sunt omittenda.

Syl. v. Hora. § 4.

LIIII.

Hoc officium hæretici non agnoscunt, imò Lutherani velut
 superstitiosum reprehendunt, ac iam pridem è suis templis eiece-
 runt. Sed si superstitiosum sit, vel propter distincta tempora, qui-
 bus recitatur, superstitiosum erit; atque ita Dauidem, qui septies,
 Daniele, qui ter quotidie orauit, & Apostolos, qui ad horam ora-
 tionis nonam in templum ascenderunt, superstitiosos fuisse necesse
 est: vel propter certum Psalmorum numerum & ordinem; cur igitur
 superstitiosum non erit, quod Lutherus instituit, vt in Ecclesijs
 Saxoniarum, manerent tres, vesperi verò sex Psalmi canerentur, quibus ve-
 speris contra receptam totius Ecclesiæ consuetudinem, adderetur
 duplex canticum; Alterum Ambrosij & Augustini *Te Deum laudamus*;
 Alterum Zachariæ *Benedictus Dominus Deus Israël*: vel denique pro-
 pter hymnos, lectiones, antiphonas, versiculos, orationes, aliaque
 huiusmodi, quæ adduntur; quæ si superstitiosa sunt, mirum est
 hanc superstitionem tot iam sæculis ab Ecclesia, quæ fundamen-
 tum

Psal. 118.
 Daniel 6.
 Acto. 3.

In visitatione
 Saxonica.

tum est veritatis, adeò patienter toleratam, non animaduersam, non emendatam, non penitus è medio sublatam, sed potius religiosè in omnibus ac singulis ferè totius Christianismi vrbibus, ciuitatibus, oppidis quoque & villis obseruatam, etiam grauissima pœna in eos constituta, qui vel ab Ecclesia abessent, vel horas domi non dicerent.

LV.

Bucero preces sacrificorum in papatu (Sic enim per contemptum vocat nostros Sacerdotes) hodie apud Deum non sunt magni pensi. Quid ita? quia accepto (ait) amplissimo pretio pro animarum salute totas Psalmorum decades volubili & vix intelligibili lingua oblatrant. Dolet Ecclesias à D. Constantino Magno eiusque sanctissima matre alijsq; Christianis Imperatoribus ac Principibus magnificè exstructas ac amplissimis redditibus donatas, ne sumptus ad Ecclesiæ Sacerdotes & ministros, Christi que pauperes alendos, atq; ad diuinum cultum perpetuis temporibus conseruandum deessent. Sed pro stipendio malitiosè dixit Bucerus pretio. Illud namq; omnibus, qui se Dei seruitio & Ecclesiæ ministerijs addixerunt, etiam Christi Domini ordinatione debetur: hoc Ecclesia respuit, quæ stipendium recipit, & de altari comedit, pretium ignorat; cùm vendere prohibeat preces aliasque functiones spirituales. Quòd nonnulli Psalmorum decades volubili & vix intelligibili voce oblatrent, (decantent honestius dixisset,) non Ecclesiæ, sed hominù est vitium. Illa enim (quòd plurimè faciunt) distinctè & deuotè vult diuina officia celebrari.

LVI.

Caluino ideò displicent Canonica horæ, quòd Deus non mandauerit cantillare, & cantillantes alienam mercedem recipiant. Sed primò mandauit scriptura Deum laudare, & laudare quidem in hymnis, in canticis, in organis. Deinde si Deus non mandauit cantillare, quæ illa temeritas est & audacia, non modò Lutheranorum, sed etiam Calvinistarum, vt compositos ad numerum psalmos & vernacula lingua redditos in suis conuenticulis tanto cum studio & voluptate cantillent? Tertiò, si Caluino nostri cantores displicent, Cur non reprehendendi quoque sunt cantores à Dauide & reliquis instituti; quibus si Deum laudare cantu licuit, cur nobis idem post tot tamque eximia beneficia accepta non licebit?

Ad cap. 6. Mart.
apud Marlorat.

1. Cor. 9.

Ad cap. 9. prioris. ad Corint.
apud eundem Marloratum.
Psalm. 150.

1. Paral. 6. 9. 15.
2. Paral. 5. 20. 29.
35.

Porrò

Porro non mandauerit Deus *cantillare*; at certe neque cantum
 unquam prohibuit, & talem quidem cantum, qualem Catholici
 requirimus, ut scilicet non voce solum, sed etiam mente Deum lau-
 demus. Falsum denique est, cantillantes apud nos Sacerdotes *alie-
 nam mercedem recipere*. Illi stipendium recipiunt, non diuini verbi
 Concionatoribus, sed Canonicis & Cantoribus deputatum, hoc
 est, suum non alienum. At ministri verbi, quos Calvinus insti-
 tuit, & vetus Ecclesia semper ignorauit, sicut & nostra
 ignorat, semperque ignorabit, stipendia no-
 stra iniuste sibi usurpant.

F I N I S.

Laus Deo Virginiq; Matri.

